Alexander dei gracia Rex polonie Magnus dux
Lithuanie Russie prussieque etc dominus et heres

Recognoscimus per presentes Quia facta racione cum Nobili petro Cola Rotmagistro
nostro pro servicio suarum Comitiva sua nobis et rei publice Regni nostri
novissime exhibito Remansimus sibi obligati in octingentis florenis per
quatuordecim scotos et super sextarios in ducentis sexaginta florenis per me
diam sexagenam. pro dampnis vero omnibus decemnovem flor. et mediam
sexagenam. Cuius pecunie summe totalis suprascripte eidem petro Cola medie
tatem in et pro festo Sancti Martini proxime futuro solvere debemus. Et tunc
ipse petrus Cola omnibus et singulis subditis nostris spiritualibus et secularibus
omnia dampna per ipsum et Comitivam suam illata reformare solvereque debet
et tenebitur. Soluta autem eidem prefata medietate summe supradicte festo Sancti
Martini proximo adveniente. De reliqua tunc medietate summe quam adhuc
sibi remanseremus obligati cum eodem graciose ipsi competenti solucioni
assignato componemus. Que omnia premissa complere promittimus et
tenore presentium. Quibus in testimonium sigillum nostrum subimpressum
iussimus. Datum in Lublin feria tercia proxima post dominicam Reminiscere anno
domini millesimo quingentesimo sexto Regni vero nostri anno quinto

Commissio propria
Regie Maiestatis

1906
Dyplt